

# Psalmus

est caro mortalis interficiens morte: morte p̄bens patientie documentū: p̄mittēs resur-  
rectionis exemplū. Quāta bona facta sūt  
iusti: de malo iūisti: Hoc ē magnū dei: qz  
et bonū quod facis ip̄e tibi dedit: et de malo  
tuo ip̄e benefacit. Noli ergo nurari: p̄mittit  
deus et iudicio p̄mittit: permittit et mēsura:  
numero: pondere p̄mitit. Apud illū nō ē  
iniquitas: tu tm̄ ad eum p̄tine. In ipso spem  
poner: ip̄e sit adiutor tuus: salutare tuū. In  
illo sit locus munis: turris fortitudinis. Re  
fugili tuū ip̄e ē: et non te sinit tēptari supra  
q̄ potes ferre: sed faciet cum temptatione  
etiā exitū vt possis sustinere: vt quod te si-  
nit pati tēptationē potestas eius sit: quod  
nō sinit vltra in te fieri q̄ potes ferre: miseri-  
cordia ei⁹ sit: qm̄ potestas dei ē: et tibi dñe  
misericordia: qz tu reddes vnicuiq̄ secun-  
dū opera eius.

Explicit Tractat⁹ de p̄s LXI.

**P**ost tractatū: cum mathematic⁹ in po-  
pulo monstraref.

**T**lla ecclesie sitis: etiā istū quē videtis  
bibere vult: sumul etiā vt noueritis: q̄  
multi in cōmixtione christianoꝝ: ore suo be-  
nedicāt: et corde suo maledicāt: iste ex chri-  
stiano et fideli penitēs redit: et territus po-  
testate dñi: conuertit ad misericordiā dñi.  
Seductus enī ab inimico cuꝫ esset fidelis:  
diu mathematic⁹ fuit: seduct⁹ seducēs: de-  
ceptus decipiēs: illexit: sefellit: multa men-  
dacia locutus est cōtra dñi: q̄ dedit homi-  
nibus potestatem faciendi quod bonū est:  
et non faciendi quod malum est. Iste dice-  
bat: qz adulteriū non faciebat voluntas p-  
pria: sed venus: et homicidiū non faciebat  
voluntas p-ppria: sed Mars: et iustū nō facie-  
bat deus: sed Iouis: et alia multa sacrilega  
nō parua. Q̄ multi eū putar̄ christianis  
nūsimos abstulisse. Q̄ multi ab illo emerūt  
mēdaciū quib⁹ dicebamus: Filiū hominū  
v̄sq̄ quo graues corde: vt quid diligis va-  
nitatē et q̄ritis mendaciū. Hodo sicut de  
illo credendū est: horruit mendaciū: et mul-  
torū hominū interitū: se aliqui a diabolo se-  
sit illectū: conuertit ad dñi penitens. Puta-  
mus fratres: de magno timore cordis acci-  
disse. Quid enim dicturi sum⁹: Hāq̄ si ex  
pagano puertereſ mathematicus: magnū  
quidē esset gaudiū: sed tñ posset videri: q̄a-  
sic cōuersis: est clericatuꝫ qrere in ecclesia.  
Penitens est: nō querit nisi solā misericor-  
diā. Cōmendādus est ḡ: et oculis et cordi-  
bus vestris eū quē videtl: cordib⁹ amate:

# LXII.

oculis custodite: videte illū: scitote illū: et  
quacūq̄ ille trāsierū: fratrib⁹ ceteris q̄ mō-  
bīc nō sunt ostēdite illū: et ista diligētia mi-  
sericordia ē: ne ille seductor retrahat cor et  
opugnet. Custodite vos: non vos lateat  
couersatio ei⁹: via eius: vt testimonio v̄o  
nobis cōfirmet vere illū ad dñū esse cōuer-  
sum. Nō enī silebat fama de vita eius: q̄si  
sic vobis videndus et miserādus offertur.  
Postis in actib⁹ aploꝝ esse scripti: qz mul-  
ti perierint talū artū homines: et doctrināꝝ  
nefanarū sectatores: omnes codices suos  
ad aplos attulerūt: et incensi sunt libri tam  
multi vt p̄tineret ad scriptorē: estimationē  
eoꝝ faccre: et summā p̄cē p̄scribere. Hoc  
vtiq̄ ppter gloriā dei: ne tales etiā perditi  
desperarent ab illo qui nouit qrere qđ pe-  
rierat. Perierat ḡ iste: nūc quesit⁹: inuētus  
adductus est: portat secū codices incēden-  
dos: p̄ quos fuerat incendēdus: vt illis in  
ignē nūssis: ip̄e in refrigeriū trāseat. Sciat  
eū tñ fratres olim pulsare ad eccliaz christi  
medicinā: sed qz talis est in q̄ exercit⁹ erat:  
q̄ supra se esset: et de mendacio atq̄ fallacia  
dilat⁹ ē ne tēptaret: et aliqui tñ admissus ē:  
ne p̄iculosi⁹ tēptaret. Orate p̄ illo p̄ chri-  
stū: prorsus hodiernā p̄cē fundite domi-  
no deo nfo. Scim⁹ eñi et certi sum⁹: qz oīo  
vestra delet oēs impietas eius. Domini⁹  
vobiscū.

Incipit Tractat⁹ de p̄s LXII.

**D**Ropter eos qui forte rudes s̄t ad  
buc ad nomē christi: quia vndiq̄  
collegit qui p̄ omnibus dedit sāguī  
nē suū: dicendū est paucis: quod et illi libē-  
ter audiāt q̄ nouerūt et discāt q̄ si nouerūt.  
Psalmi isti quos cātamus ante q̄ dñs no-  
ster Jesus christus natus esset ex virgine  
Maria: spiritu dei dictāte dicti et cōscripti  
sūt. Fuit enī David rex in iudeorū gente: q̄  
gens vna colebat dñū vñū qui fecit celū et  
terrā: mare et om̄ia que in ip̄is sūt: siue que  
vidētur: siue q̄ nō vidētur. Letere aut̄ gen-  
tes: aut idola colebāt que manibus suis fe-  
cerāt: aut creaturā dei nō ip̄m creatorē: id  
est aut sole: aut lunā: aut stellas: aut mare:  
aut mōtes: aut arbores. Hec enī om̄ia de-  
us fecit: et laudari se vult in illis: nō illa co-  
li p̄ se. Ergo in ip̄a gēte iudeorū David rex  
fuit: de cuius semie nat⁹ est dñs noster Je-  
sus christus ex Maria virgine: q̄a de illo  
ducebat genus virgo Maria: que peperit  
christū: et dicti sunt isti psalmi: et p̄phetabat  
in eis christ⁹ vētūr⁹ post mltos annos: et dī-

5

## Psalmus

cēbat ab illis p̄phet̄ qui fuerūt anteq̄ dñs' nōster IesuS ch̄rist̄ de M̄aria vīrgine naſcerēt. Quicqd futurū erat temporib̄ noſtris: qd̄ modo legim⁹ t̄ videmus: t̄ multū gaudem⁹: qz sp̄es noſtra p̄dicta ē a ſanc̄t̄: qui illud nō videbant impletū in ſpiritu futurū videbāt. Et nos mō legim⁹ t̄ audiui- mus a lectorib̄ disputamus illa: t̄ quō ſūt in ſcripturis ſic ea videm⁹ impleri per totū orbē trarū. Quis inde nō gaudeat: Quis nō et ea que nōdum venerūt ventura ſperet: ppter illa q̄ iaz tanta impleta ſūt. Nō em̄ frāt̄es videtis: qz totū mūdus: tota ter- ra: oēs gentes; oēs regiones currūt ad no- men ch̄r̄isti: t̄ credūt in ch̄r̄istū. Lente vide- tis hoc quō vbiq̄ euertant vanitatis pa- ganorū: videtis hoc manifeſtū eft vobis. Muquid t̄ hoc de libro vobis legim⁹ t̄ non ante oculos veftrōs fit: Hoc q̄ totū qd̄ vi- detis aſi oculos veftrōs fieri: ſcriptū eft aū ſuena volumia annoꝝ: p̄ illos quos mo- do legim⁹ qñ iam iſta impleri videm⁹. Sed qm̄ ſcripta ſunt t̄ illa q̄ nōdum venerūt: id eft qz dñs n̄ IesuS ch̄ristus ventur⁹ eft vt iudicet: qui p̄mo venit vt iudicare. Venit em̄ p̄mo bñhilis: poſtea ventur⁹ ē excelsus: venit vt oſtēderet exēq̄lū patiētē: poſtea ventur⁹ ē vt p̄ meritis iudicet oēs: ſue bo- nos ſue malos: qz q̄ nōdum venit hoc qd̄ ſperam⁹ venturū ch̄r̄istū iudicem ſuorū t̄ mortuox: debem⁹ illud credere modicū qd̄ reſtat. Venit ſt̄ esse credam⁹ qñ iam vide- muſ tanta q̄ tūc futura erāt modo cōpleri. Stultus ē em̄ q̄ nō vult credere pauca que reſtant: cum videat tā multa impleta eſſe q̄ tunc non erāt qñ p̄dicebanſ. Psalm⁹ ergo iſte dicit ex pſona dñi nři Iesu ch̄r̄isti t̄ ca- pitis t̄ mēbroꝝ. Ille em̄ vnuſ q̄ nat⁹ eft de M̄aria: t̄ paſſus ē: et ſepult⁹ ē: t̄ reſurrexit t̄ aſcēdit i celū: t̄ mō ad dexterā p̄ris ſedet t̄ interpellit pro nobis: caput noſtrꝝ eft. Si ille caput ē: nos mēbra ſum⁹: tota ecclēſia eius q̄ vbiq̄ diuſſa eſſe: corpus ip̄i⁹ ē: cui⁹ ē ip̄e caput. Nō ſolū aūt fideles q̄ mō ſunt: ſ̄ t̄ qui fuerūt aſi nos: et qui poſt nos futuri ſunt vſq̄ in ſinē ſeculi: oēs ad corpus eius p̄tinent: cui⁹ corporis ip̄e caput eſſe q̄ aſcen- dit in celū. Quia ergo iam nouim⁹ caput t̄ corpus: ille eft caput: nos corpus: qñ audi- mus vocē ip̄ius: t̄ ex capite debem⁹ audi- re t̄ ex corpe: qz quicqd paſſ⁹ ē i illo: t̄ nos paſſi ſum⁹: qz t̄ nos qd̄ patiūt in nobis t̄ ip̄e pati. Quod si aliqd patiāt caput: num- qd̄ p̄t dicere man⁹: qz nō pati. Aut si ali-

## LXII.

qd̄ patiāt man⁹: nunq̄d p̄t caput dicere: qz non pati. Qñ aliqd patiāt mēbra n̄f̄m: oia mēbra currūt vt ſubueniat mēbro qd̄ pati- tur. Si q̄ ille cū paſſus ē nos in illo paſſi ſu- m⁹: t̄ ille iā aſcēdit in celū t̄ ſedet ad dexterā p̄ris: qcqd patiāt ecclēſia ip̄ius in tribula- tiōib̄ hui⁹ ſeculi: in tēptatiōib̄: in neceſſi- tib̄: i anguſtīs: qz ſic illā oportet erudit̄: vt igne tanq̄ aurū purget: ipſe pati. Pro- bam⁹ qz nos in illo paſſi ſum⁹ dicēte Aplo: Si autē mortui eftis cū ch̄r̄isto: qd̄ adhuc velut viuētes d̄ hoc mūdo decernit̄. Itē dicit: qz vetus bñ nōſter ſimul crucifix⁹ eft cū illo: vt euacuareſ corpus peccati. Si q̄ in illo mortui ſum⁹: in illo etiā reſurrexi. Dixit em̄ ip̄e aplūs: Si autez reſurrexit̄is cū ch̄r̄isto que ſurſum ſunt ſapite: que ſur- ſuſ ſunt q̄r̄te: vbi ch̄r̄istus ē in dextera dei ſedens. Si q̄ in illo mortui ſum⁹: t̄ in illo reſurrexi. t̄ ip̄e i nobis morit̄: t̄ in nobis reſurgit. Ip̄e ē em̄ vniſtas capitis t̄ corporis: nō in merito vox ip̄ius etiā n̄ra ē: t̄ vox n̄ra ip̄ius eft. Audiam⁹ q̄ psalm⁹ t̄ i eo ch̄r̄istū loquētem intelligam⁹. Tūculū habet iſte psalmus. Ip̄i D̄avid cū eſſet i deſer- to Idumee. Per Idumee nomē intelli- git ſeculū iſtud. Idumea em̄ gens eft q̄- daꝝ errantiū hominū: vbi idola colebanſ. Nō in bono ponit Idumea iſta. Si nō in bono ponit: intelligentū eft iſtā vitaz: vbi patiūt tantos labores: t̄ vbi tantis neceſſitatib̄ ſubdiſ ſum⁹ Idumea nomē ſigni- ficari. Et bic ē deſeritū: vbi multū ſitit: t̄ au- diutiū eftis voce mō ſuientis in deſerto. Si aūt cognoscam⁹ nos ſitietēs: cognoscem⁹ nos t̄ bibētēs: qz q̄ ſitit in iſto ſeculo: in fu- turo ſeculo ſatiabil̄: dicēte dñio: Beati qui eſuriūt t̄ ſitit iuſticiam: qz ip̄i ſaturabunt. Ergo in h̄ ſeculo nō debem⁹ q̄li amare ſa- gina. Hic ſitiendū eft: alibi ſaginabimur. Nō aūt vt nō deficiam⁹ i iſto deſerto: aſp- gut nobis rorē verbi ſui: et non nos diu- tet p̄ſuſ arefcere: vt nō ſit de nobis repeti- tio: ſ̄ vt ſic ſitiam⁹ vt bibam⁹. Ut aūt biba- mus aliqua gratia ei⁹ aſpgimur: t̄ ſitimus. Et quid dicit aīa noſtra deo?

**E**xpositio psalmi.  
**D**euſ de⁹ meus: ad te de lu-  
ce vigilo. Quid ē vigilare: Uti-  
q̄ nō dormire. Quid eſt dormire.  
Est ſomn⁹ aīe: eft ſomnus corporis. ſomnus  
corpis oēs debem⁹ h̄ie: qz ſi nō habeat ſo-  
mnus corporis deficit h̄o: deficit ip̄m corpus.  
Nō em̄ p̄t diu ſuſtineſ corp⁹ noſtrū fra-

## Psalmus

gile animā vigilante et intentā i actiōibus.  
Si diu fuerit intēta aia i actiōib⁹: corp⁹ fra  
gile et terrenū nō illā caput: nō illā sustinet:  
ppetuo agentē: et deficit et succubit. Jō de⁹  
donauit somnū corpori: quo repant mēbra  
corpis: ut possint vigilante aia sustinere.  
Illud autē cauere debem⁹: ne ipa aia nr̄a  
dormiat. Adal⁹ em̄ ē somn⁹ aie: bon⁹ son  
nus corporis: quo repat valitudo corporis.  
Somn⁹ autē aie est obliuisci deū suū. Que  
cūq; aia oblita fuerit deū suum: dormiuit.  
Ideo dicit aplius: Quibusdā oblitis deū suū  
sū: Et tanq; i sonno agentib⁹ deliramēta  
culture idoloꝝ. Sic sunt em̄ q; colunt idola:  
quō q; vident in somnis vana. Si autē eu  
glet aia ipoꝝ intelliget a q; facta est: et non  
colit qđ ipa fecit. Bicit ḡ quibusdā aplius:  
Surge q; dormis: et exurge a mortuis: et illu  
minabit te christ⁹. Nūquid corpe dormiēta  
excitabat aplius: Sed excitabat aia dor  
miente: qñ ad h̄ eā excitabat: ut illuminaret  
a christo. Ergo h̄m ipas vigilias dicit iste:  
Deus de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. Hō. n.  
vigilares i te: nisi oriret lux tua q; te de som  
no excitaret. Illumiat em̄ aias christ⁹ et fa  
cit eas vigilare. Si autē lumē suū tetrahat:  
obdormiuit. Ideo illi dicit in alio psalmo:  
Illumia oculos meos: ne vñq; obdormiā  
in morte. Aut si ab illo auerse obdormiuit:  
psens est illis lumē et nō possunt videre: q;  
dormiuit. Quō et corpe q; dormit inter diez:  
iā or⁹ est sol: iam dies calet: et ille tanq; in  
nocte ē: q; nō vigilat ut videat iā ortū diē.  
Sic quibusdā iā pñte christo: iam pñdicata  
vitate incit adhuc somn⁹ aie illi⁹. Ergo vos  
si vigiletis dicite quotidie: Surge qui dor  
mist exurge a mortuis: et illuminabit te chri  
stus. Utia em̄ vīa et mores vīi vigilare de  
bent in christo: ut sentiat alij pagani dormi  
entes: et ad somnū vigilias vestras excite  
tur: et ipi excutiāt somnū: et incipiāt in chri  
sto vobiscū dicere: Deus de⁹ me⁹ ad te de  
luce vigilo. Sitiuit tibi aia meaz  
Ecce illud desertū Idumee. Videlte quō  
hic sitit: s̄ vide qđ hic bonū est: sitiuit tibi.  
Sūt em̄ q; sitit: sed nō deo. Qis q; sibi vult  
aliqd pñstari: i ardore ē desiderij. ipm deside  
riū sītis ē aie. Et videte quāta desideria s̄  
in cordib⁹ boim̄: Ali⁹ desiderat aurū: ali⁹  
desiderat argentū: ali⁹ desiderat possessio  
nes: ali⁹ desiderat hereditates: ali⁹ am  
plā pecuniā: ali⁹ multa pecora: ali⁹ domuz  
magnā: ali⁹ vroxē: ali⁹ honores: ali⁹ fi  
lios. Videlis desideria ista quō sūt in cor  
dib⁹.

*alia līa.  
t̄ in te.*

## LXII.

dibus hominū. Ardēt omnes homines de  
siderio: et vix inuenit qui dicat: Sitiuit tibi  
aia mea. Sitiuit em̄ homies seculo: et nō se  
intelligūt in deserto esse Idumee: vbi deb̄  
sire aia ipoꝝ deo. Bicam⁹ ḡ nos: Sitiuit  
tibi aia mea: Qēs dicam⁹: qr in cōcordia  
xpi oēs vna aia sum⁹: ipsa aia sitiāt i Idu  
mea. Sitiuit tibi inq; aia mea. Quā ml̄ *alia līa.*  
tripliciter tibi t̄ caro mea. Parū ē: qr t̄ nō habet.  
sicut aia mea: sitiuit t̄ caro mea. Putas si  
aia sitit deo: quō t̄ caro sitit deo: Qñ enim  
caro sitit: aquā istā sitit: qñ aia sitit fontem  
sapiētie sitit. Be ipo fonte inebriabunt aie  
nostre: sicut dicit alijs psalmus: Inebria  
bunt ab vbertate dom⁹ tue: et torrente deli  
ciarū tuarū potabis eos. Sitiēda ē ḡ sapiē  
tia: sitiēda ē iusticia. Hō ea satiabimur: nō  
ea iplebimur: nisi cū fuerit finita vita ista:  
et venerū ad illud qđ pmisit de⁹. Promi  
sit em̄ de⁹ equalitatē angelorū: et mō angeli  
nō sitiūt: quō nos: nō cluriūt: quō nos: sed  
habēt saginā veritatē lucis imortalis sapiē  
tie. Ideo beati sunt: et d̄ tanta beatitudine:  
qr i illa sunt cūitate hierlm̄ celesti: vñ nos  
nō pegrinamur: attendūt nos pegrinos: et  
misereant nos: et iussu dñi auxiliant nobis:  
vt ad illā patriā cōmunē aliquā redeam⁹: et  
ibi cū illis fonte dñico veritatis eternita  
tis aliquā faturemūr. Hōdo ergo sitiāt aia  
nr̄a: vñ t̄ caro nr̄a sitit: et hoc multipliciter.  
Qñ tripliciter tibi inq; sitit t̄ caro mea: qā  
t̄ carni nr̄e pmittit resurreccio. Quō aie  
nr̄e pmittit beatitudiō: sic et carni pmittit  
resurreccio. Resurreccio carnis talis nobis  
pmittitur. Audite et discite et tenete que sit  
spes christianorū. Quare sum⁹ christiani:  
Mon em̄ ad hoc sum⁹ christiani: ut terrenā  
nob̄ felicitatē petam⁹ quā pleriq; habēt et  
latrones et scelerati. Ad aliā felicitatē nos  
sum⁹ christiani: quā tūc accipiem⁹ cuz vita  
ista hui⁹ seculi tota trāsierit. Ergo pmittit  
nobis et carnis resurreccio: et talis resurre  
ccio carnis nobis pmittit: ut caro quidem  
ista quā mō portam⁹ resurgat in finē. Nec  
incredibile vobis videat. Si em̄ de⁹ fecit  
nos q; nō eram⁹: magnū illi ē reparare q; era  
mus. Ergo h̄ vobis incredibile nō videat:  
qr qsl̄ putrefacere mortuos videtis: et ire i ci  
neres et in puluerē. Aut si incēdat aliquis  
mortu⁹: aut si canes dilaniēt eū: putatis qr  
inde nō erit resurrectio⁹: Qia q; discerpūt:  
et in fauillas quasdā putrefactūt: integra deo  
sunt. In illa em̄ elemēta mūdi cunt vñ pri  
mo venerūt qñ facit sum⁹. Hō illa videm⁹

## Psalmus

sed tu deus vñ scit pducet illa: qz t anteqz  
essem: vñ sciebat nos pduxit. Taliis ḡ re-  
surrectio carnis nob̄ pmitit: vt q̄uis ipsa-  
sit caro quā mō portam q̄ resurrectura est:  
tū nō habeat corruptionē quaz mō habet.  
modo em ex corruptionē fragilitatis: si nō  
māducem: deficim⁹ ⁊ esurim⁹: si nō biba-  
mus: deficim⁹ ⁊ sitim⁹: si diu vigilem⁹: defi-  
cim⁹ ⁊ dormim⁹: si diu dormiam⁹: deficim⁹:  
ideo vigilam⁹: si diu māducem⁹ ⁊ bibam⁹:  
q̄uis pp̄f refectioe māducem⁹ ⁊ bibam⁹.  
ip̄a diuturna refectio defectio est: si diu ste-  
m⁹ fatigamur: iō sedem⁹: t si diu sedeam⁹:  
t ibi fatigamur: t iō surgim⁹. Beide videte  
qz null⁹ carnis nr̄e stat⁹: qm̄ infantia volat  
in puericiā: t q̄ris infantia: t nō ē infantia:  
qz iā, p̄ infantia puericia ē. Iterū t ip̄a mi-  
grat i adolescentiā: q̄ris puericiā t nō inue-  
nis. Adolescentēs fit iuuenis: q̄ris adolescen-  
tē t nō est. Iuuenis fit senex: q̄ris iuuenē t  
nō inuenis. Et senex morit⁹: q̄ris senē t non  
inuenis. Nō stat ergo etas nr̄a: vbiqz fati-  
gatio est: vbiqz lassitudo: vbiqz corruptio.  
Attēdetes q̄lem nobis spē resurrectionis p-  
mittat deus. In istis omib⁹ multiplicibus  
defectiōib⁹ nr̄is: sitim⁹ illā icorruptionē: t  
sic caro nostra multiplicif sitit deo. In ista  
Idumea: in isto deserto: q̄s multiplicif la-  
borat: tā multiplicif sūt: q̄s multiplicif fati-  
gat: tā multiplicif sitit illā infatigabile incor-  
ruptionē: quā frēs mei bono christiano et  
fidi etiā in h̄ seculo caro deo sitit: qz si op⁹  
est carni pane: si opus est aqua: si opus est  
vino: si opus est nūmo: si opus est umēto  
carni huic: a deo petere debet: nō a demo-  
nijs t idolis: t a nescio quib⁹ potestatibus  
h⁹ seculi. Sūt. n. qui qñ famē patiunt⁹ i isto  
seculo dimittit deū: t rogat mercuriū: aut ro-  
gant iouē vt det illis: aut quē dicit celestē:  
pron: aut aliq̄ demonia filia: nō deo sitit ca-  
ro ip̄oz. Qui aut̄ deo sitit: vndiqz debēt  
sitire: t aia: t carne: qz t aie deus dat panē  
suū: id est vbi veritatis: carni de⁹ dat que  
necessaria sūt: qz de⁹ fecit: t animā: t carnē.  
Prop̄f carnē tuā rogas demonia: nūquid  
animā tuā de⁹ fecit: t carnē tuā demonia fe-  
cerūt: Qui fecit aia: ip̄e fecit t carnē: q̄ fec  
ambas res: ip̄e pascit ambas res. Utrūqz  
nostrū deo sitiat: t ex labore multiplici sim-  
pliciter satiet. Ubi aut̄ sitit aia nr̄a: t mul-  
tipliciter caro nr̄a: nō cuiuscqz sed tibi dñe:  
id est deo nr̄o. Ubi sitit: In terra de-  
ti via t̄ i ferta t̄ sine via t̄ sine aqua: Seculū  
aquosa. Itud diximus: ip̄a est Idumea: hoc est de-

## LXII.

sertū Idumee: vñ titulū psalmus accepit.  
In terra deserta. Parū ē deserta: vbi null⁹  
hoīm habitat: t insup et sine via: t sine aq. Sal  
Ultimā vel viā haberet ip̄m desertū: vñna⁹  
illuc hō incurrens: vel nosset qua inde exi-  
ret. Nō videt hoīm ad solatiū: non videt  
viā qua careat deserto. Ergo ibi diuertit:  
vñna⁹ esset vel aqua vñ reficeret q̄ inde nō  
pot̄ exire. Malū desertū horibile t timen-  
dū: t tñ de⁹ miser⁹ est nr̄i: t fecit nobis viā  
in deserto: ip̄m dñm nr̄m Iesum christū: et  
fecit nobis cōsolationē in deserto: mittēdo  
ad nos p̄dicatores verbi sui: t dedit nobis  
aquā in deserto: implēs sp̄s sancto p̄dica-  
tores suos: vt fieret i eis fons aque salientis  
in vitā eternā. Et ecce habem⁹ hic oīa: s̄ nō  
sunt de deserto. Ergo proprietatez deserti  
p̄us cōmēdauit psalm⁹: vt t tu cū audisses  
in q̄ malo eses: si q̄s hic hie posses cōsolatiōes:  
vel socioz: vel vie: vel aque: nō tri-  
bueres deserto: sed illi q̄ te visitare dignar⁹  
est i deserto. Sic in sancto apparui ti- Alia līa.  
bi vt videre t̄ potentia tua t̄ gloriā t̄ virtutē  
tuam. Primo sūtuit aia mea t caro mea  
multiplicit tibi i deserto: t i terra sine via: t  
sine aqua: t sic i sancto apparui tibi vt vide-  
re potentia tua t̄ gloriā tua. Hisi q̄s primo  
sūtuit in isto malo in q̄ est: nunq̄ puenit ad  
bonū qd̄ ē deus. Apparui aut̄ tibi inq̄ i sa-  
cto. Nā in sancto ē magna cōsolatio. Appa-  
rui tibi qd̄ est: Et videres me: t ido vidiisti  
me: vt viderē te. Apparui tibi: vt viderem.  
Nō dixit apparui tibi videres: s̄ dixit ap-  
parui tibi vt viderē potentia tua t̄ gloriā tua.  
Eni t ap̄s: Hūc aut̄ inq̄ cognoscētes deū  
imo cogniti a deo. Prūs em̄ apparuisus  
deo: vt possit vobis apparere de⁹. Ut vide-  
re potentia tua t̄ gloriā tua. Reuera i isto  
deserto: id est i ista heremo: si tanq̄ ab he-  
remo exigat hō qd̄ sibi saluti est: nunq̄ vi-  
debit potentia dñi: t gloriā dñi: sed rema-  
nebit siti moritur⁹: nec viā inuenit: nec con-  
solatore: nec aquā q̄ quā duret in heremo.  
Eni aut̄ erexerit se ad deum: vt dicat illi ex  
medullis oib⁹: Situit tibi aia mea: t mul-  
tipliciter caro mea: ne fore vel necessaria  
carnis ab alijs petat: t nō a deo: aut nō de-  
sideret illā resurrectionē carnis quā nobis  
pmitit deus. Eni ḡ se erexerit: habebit nō  
paruas cōsolatiōes. Ecce frēs: quō caro no-  
stra: q̄diu mortalīs ē: q̄diu fragilis ē ante  
illā resurrectionē: habet solatia ista quib⁹ vi-  
uum⁹: panē: aquā: fructus: vinū: oleū. Ista  
oīa solatia t̄ subsidia: si nos deserāt: vtiqz

## Psalmus

durare non possum⁹: quis nondum receperit caro ista sanitatem illam perfectam: vbi nullā patet angustiā: nullā idigentia: sic et anima nostra cum hic est in ista carne inter temptationes et pericula seculi huius adhuc infirma. Habet etiā ipsa solatia verbi: solatia orationis: solatia disputationis. Sic sunt ista anime nře: quod illa carni nře. Cum autem resurexerit caro nostra: ut iam istis non indigemus: habebit locum quēdam et statim incorruptionis sue. sic et anima nostra habebit cibum suum ipsum verbum dei: quod facta sunt oia. Enī gratias illi quod modo in hac heremo non nos deserit: siue dando nobis quod necessariū est carni: siue dando nobis quod aie necessariū est: et quanto nos aliquibus necessitatibus erudit: rult ut amplius illum diligam⁹: Ne forte per saginā corrumpamur et obliuiscamur eū librabit nobis aliquā que necessaria sunt et atterit nos: ut sciam⁹ quia pater et dñs est: non solum blandiēs: sed et flagellans: prepat em̄ nos cuidam hereditati incorruptibili et magne. Si vna cupiam: aut vna sellam tuā: aut si quid habes in domo tua cogitas dimitte filio tuo: et ne perdat illus erudis eū. et flagellis eū ad disciplinā corrigis ne perdat nibil tuū: quod et ipse h̄ diuissur⁹ ē: sic et tu non vis ut nos erudit pater noster in flagellis etiam necessitatuz: aut tribulationū: qui nobis talē hereditatē datur⁹ est: et que trāsire non possit. Hereditatē em̄ nobis dabit seipm̄ deus: ut ipsū possideam⁹: et ab ipso possideamur in eternū. Ergo in sancto appaream⁹ deo: ut appareat nobis. Appaream⁹ illi in sancto desiderio: ut appareat nob̄ in potētia et gloria filii dei. Multis non apparuit: sicut in sancto: ut appareat et illis. Nam multi putant illuz tantummodo hominem fuisse: quod predicitur natus ex homine: crucifixus et mortu⁹: ambulasse in terra: manducasse et bibisse: et cetera egisse quod sunt humana: et putant illum tales fuisse quales sunt ceteri homines. Audistis autē modo cū euāgelium legere⁹ quo modo cōmendauit maiestatē suam: ego et pater vnu⁹ sum⁹. Ecce quanta maiestas et quāta equalitas patris: descendit ad carnes propter infirmitatem nřam: ecce quātū dilecti sum⁹: antequā deus diligerem⁹. Si antequā deus diligerem⁹ tantū ab illo dilecti sumus: ut equalem sibi filiu⁹ suum homine⁹ ficeret propter nos: quid nobis seruauit iam diligētibus se: Ergo multi nescio quid minime⁹ putant apparuisse in terra filium dei: quia

## LXII.

nō sunt in h̄ sancto: nō eis appetet potētia ipsius et gloria ipsius: id est quia nondum sanctificatum habent cor unde intelligentem̄ virtutis illius: et gratias agant deo quia propter ipos tantus quo venit: ad quam natuitatem: ad quāz passionē: nō possunt videre gloriam ipsius et potentiam ipsi⁹. Quid melior est misericordia tua super vitas: Multe sūt vite humane: sed deus vnam vitam promittit: et nō illā dat nobis quasi propter merita nostra: sed propter misericordiā suā. Quid enim boni egim⁹: ut illud mereremur: Aut que bona facta nostra p̄cesserunt: ut deus nobis gratiani suaz daret: Numquid inuenit iusticias quas coronaret: et nō delicta que donaret: Utiquā delicta que donavit si punire vellet: nō esset iniustū. Quid enim taz iustum tanq; ut puniat peccator: Cum iustum sit ut puniatur peccator: p̄tinuit ad misericordiam ipsius non punire peccatorem sed iustificare: et de peccatore facere iustum: et de impiō facere piūm. Ergo misericordia ipsius melior sup vitas. Quas vitas: Quas sibi homines elegerūt. Alius elegit sibi vitam negociandi: alius vitam rusticandi: alius vitam fenerandi: alius vitam militandi: ali⁹ illam: ali⁹ illā. Diversae sunt vite: sed melior est misericordia tua sup vitas nostras. Melius est quod das correctis: quod eligunt quersi. Unam vitam donas que p̄ponaf omnibus nostris quascūq; ī mūdo eligere potuerimus. Quoniam melior ē misericordia tua sup vitas. Labia mea laudabunt te. Nō te laudarēt labia mea: nisi me p̄cederet misericordia tua. Bono tuo te laudo: per misericordiā tuā te laudo. Non es̄i ego possem laudare deū: nisi mihi donaret laudare se posse. Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicā te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. Sic benedicā te in vita mea. Nam in vita mea quāz mihi donasti: non in illa quā elegi ego ī mundū cū ceteris inter multas vitas: sed quā dedisti mihi propter misericordiā tuā ut laudarem te: Sic benedicā te in vita mea. Quid est sic: Ut misericordie tue tribuā vitam meā: in qua te laudo: nō meritis meis. Et in nomine tuo leuabo manus meas. Leua ergo manus in orōne: leuauit p̄ nobis dñs deus nř manus in cruce: et extense sunt manus eius p̄ nobis. Ideo extense sunt manus eius in

# Psalmus

cruce: ut manus nře extēdant̄ s̄ bona opa:  
 q̄: crux iſi misericordia nobis p̄buit. Ec-  
 ce leuavit ille man⁹: t̄ obtulit p̄ nobis sacri-  
 ficiū deo ſeipm̄: t̄ p̄ illud ſacrificiū teleta ſt̄  
 oia peccata nřa. Leuem⁹: t̄ nos manus no-  
 stras ad deū in p̄ce: et nō cōfundenſt man⁹  
 noſtre: leuate ad deū: ſi exerceant̄ in bonis  
 opib⁹. Quid eñi facit q̄ leuat man⁹? Ut̄  
 p̄ceptum est: ut leuat man⁹ oremus ad  
 deū. Ap̄lus eñi dicit: Leuātes puras ma-  
 nus ſine ira t̄ diſceptatiōe: ut cū leuas ma-  
 nus ad deum: veniāt tibi in mēte opa tua.  
 Quia eñi man⁹ iſte leuant̄ ut impetres qđ  
 vis: ipas man⁹ cogitas in bonis opib⁹ ex-  
 ercere: ne erubescat leuari ad deū. In no-  
 mine tuo leuabo manus meas. Iſte pre-  
 ces nře ſunt in hac Idumea: in hoc deſer-  
 to: i terra ſine aqua: t̄ ſine via: vbi nob̄ chri-  
 ſtus eſt via: ſed nō via de hac terra. In no-  
 mine tuo leuabo man⁹ meas. Et qđ dicā:  
 cū leuo manus meas in nomie tuo. Quid  
 petā: Eia frātres qñ leuat man⁹: q̄rūte qđ  
 petatis. Ab omnipotēte eñi petitis: aliqd  
 magnū petite: nō qualia petūt qui nō dūm  
 crediderūt. Uideatis qualia den̄ t̄ impijs.  
 Petitur es a deo tuo pecuniā: nūquid nō  
 donat eā t̄ ſceleratis qui in illū nō credūt?  
 Quid ḡ p̄ magno petiturus es qđ donat  
 t̄ malis. S̄nō tibi displiceat: qz q̄ donat t̄  
 malis tam friuola ſunt: ut et malis donari  
 digna ſint: ne tibi quaſi magna videant̄ q̄  
 poſſunt donari t̄ malis. Bei quidē ſunt et  
 oia dona terrena: ſed videte: qz que donat  
 t̄ malis: nō p̄ magno habēda ſit. Et alid  
 quod nobis ſeruat. Logitemus autē q̄ do-  
 nat t̄ malis: t̄ hinc intelligam⁹ quid ſeruet  
 bonis. Que donat malis videte. Bonat il-  
 lis lucem iſtā. Uideate: qz vidēt illā multi t̄  
 malis. Pluuiā q̄ descendit ſup terrā: t̄ hinc  
 quāta bona naſcunt̄: t̄ malis inde p̄ſtak et  
 bonis: dicente euāgelio: Qui ſolē ſuū oriri  
 ſacit ſup bonos t̄ malos: t̄ pluit ſup iuſtos  
 t̄ iniuſtos. Bona ergo iſta q̄ naſcunt̄: vel ſ̄  
 pluuiā: vel de ſole a dño quidē nřo petere  
 debem⁹ cū ſunt neceſſaria: ſ̄ nō iſta ſola: qz  
 iſta dank t̄ bonis t̄ malis. Quid ḡ debem⁹  
 petē qñ leuam⁹ man⁹? Quia quō potuit di-  
 xit illud psalm⁹. Quid eſt qđ dixit: quomō  
 potuit oſ humanū aurib⁹ humanis: Quia  
 per ora humana iſta dicta ſunt: t̄ per quas-  
 dam ſiſtitudines dicta ſunt: quō capere po-  
 ſent oēs infirmi: oēs paruuli. Quid dixit:  
 Quid petiuit: In nomie inq̄ tu leuabo  
 man⁹ meas. Quid acceptur?: **Lanq̄**  
**Elaſa.**  
**Sicut,**

# LXII.

adipet p̄inguēdine repleat anima  
 mea: Putatis aliq̄ pigueāne repleat aia  
 mea: Putat aliquā p̄inguēdine carniſ de-  
 ſideratſe aia iſtā frēs mei: Nō eñi b̄ p̄ ma-  
 gno deſiderauit p̄igues arctes: ut p̄igues  
 porci illi mactarenſ: ut veniret ad aliquaz  
 coqnaž: vbi inueniret obſonia p̄ingua vñ  
 ſaturareſ. Si hoc crediderimus: digni ſu-  
 mus q̄ iſta audiam⁹. Ergo aliqd ſpūale de-  
 bem⁹ intelligere. Habet quādā p̄inguēdi-  
 ne anima nřa. Eſt quedā ſaturitas p̄iguis  
 ſapiētia. Sapiētia eñi iſta aie q̄ caret mar-  
 cescit: t̄ oīno ita exules ſiūt: ut i bonis om-  
 nib⁹ opib⁹ cito defi-  
 ciūt in omnib⁹ bonis opib⁹: Quia nō ha-  
 bent piguedinē ſaturitat̄ ſuc. Audi ap̄līm  
 de p̄ingui aia p̄cipiente ut quicq̄ bñ opeſ.  
 Quid ait: Hilarē datorē diligit de⁹. P̄in-  
 guis aia vñ eſſet p̄inguis: niſi a dño ſatura-  
 ret: Et tñ quātūlibet hic ſit p̄inguis: qđ erit  
 in illo futuro ſeculo q̄ nos paſcit de⁹: in-  
 tēri i hac pegrinatiōe: Quid erim⁹ tūc: Nec  
 dici pōt: t̄ fortaffe iþaz ſaturitat̄ optam⁹ b̄  
 qñ leuam⁹ man⁹ nřas: vbi p̄inguēdine ſic  
 ſaturabimur: ut oīno oīs indigētia nřa ite-  
 reat t̄ nihil deſiderem⁹: qz totū p̄ſto nobis  
 erit: quicq̄d hic deſideram⁹: quicq̄d hic p̄  
 magno amari⁹. Iaz p̄es nři mortui ſunt:  
 de⁹ aut̄ viuit. Nō hic potuim⁹ ſemp̄ h̄ie pa-  
 tres: Ebi aſit ſp̄ habebim⁹ viuū patrē: Ha-  
 bētes patriā noſtrā: quecuq̄ frena ſunt ſp̄  
 ibi eſſe nō poſſum⁹: t̄ neceſſe ē ut alij naſcā-  
 tur: t̄ ad b̄ naſcant̄ filij cuiuī illoꝝ: ut exclu-  
 dant inde parētes ſuos. Ad b̄ eñi naſcatur  
 puer ut dicat maiori: qđ hic agis: Necesse  
 eſt ut q̄ ſuccedūt t̄ q̄ naſcunt̄: excluđat eos  
 qui ſe p̄cesserūt. Ibi oēs part̄ viuū: non  
 ibi eſſe ſuccessor: qz null⁹ deſſor. Qualis illa  
 patria: S̄i diuicias b̄ amas: ipſe deus tibi  
 erit diuicia tue. Sed amas fontē bonū: qđ  
 p̄clarī illa ſapiētia: qđ lucidi⁹: Quicq̄d b̄  
 pōt amari: p̄ omnib⁹ tibi erit: qui ſecit oia.  
**Lanq̄ adive t̄ p̄inguēdine repleat aia mea.**  
**Et labia exultatiōis laudabut**  
**nomē tuū.** In hac beremo in nomie tuo  
 leuabo man⁹ meas: impleat aia mea tanq̄  
 adipet p̄inguēdine: t̄ labia exultatiōis lau-  
 dabut nomē tuū. Nō eñi oōo q̄dū ſit̄:  
 cū ſitis traſierit: traſit oōo: t̄ ſuccedit lauda-  
 tio. Et labia exultatiōis laudabunt nomē  
 tuū. Si memorat̄ ſū tuū ſup ſtra-  
 tū meū i dilucilis meditab ar i te:  
 qz fact⁹ eſt adiutor me⁹. Stratū ſuū  
 quiete ſuā dicit. Qñ aliq̄s q̄etis ē: memor

**Alle lfa.**  
 t̄ labiis.  
 t̄ laudabitos  
 meū.

**Alle lfa.**  
 t̄ memor ſuī.  
 t̄ matutinio.  
 t̄ meditaboi.

## Psalmus

sit dei: quādo aliquis quietus est non per quietem dissoluat et obliuiscat deū. Si memor est dei qñ quietus est: in actionib⁹ suis in deū meditat⁹. Diluculo enim dicit actio-  
nes: qz oīs hō diluculo incipit aliqd agē.  
Quid ḡ dicit: Si mēor sui tui i strato meo:  
et in dilucul⁹ meditabor i te. Si ḡ nō fui me-  
mor i strato meo: nec i diluculo meditabor  
i te. Qui qñ oīosus ē nō cogitat deū: i acti-  
onibus suis cogitare deū pōt: Qui autē  
memor ei⁹ ē: qñ quiet⁹ ē: in ip̄o meditaf cū  
agit ne i actiōe deficiat: Jō qd adiecit: Et  
in diluculis meditabor i te: qz fac⁹ es adiu-  
tor meus. Eteni nīsi de⁹ adiuuet bona oga-  
nīa: impleri a nobis nō pñt: et digna debe-  
m⁹ opari: id ē tāq̄ i luce: qñ xp̄o demōstrā-  
te opamur. Quicūq̄ opatur mala i nocte  
opat: nō in diluculo: aplo dicēte: Qui ine-  
briant nocte inebriant: et qui dormiunt no-  
cte dormiūt: Nos q̄ diei sum⁹: sobr̄ sum⁹.  
Hortat⁹ nos vt fm diem ambulem⁹ bone-  
ste: sicut in die inq̄t: honeste ambulem⁹. Et  
iterū: vos inq̄t filij lucis estis et filij diei: nō  
estis noctis neq̄ tenebrarū. Qui sunt filij  
noctis: et filij tenebrarū: Qui oīa mala ope-  
rant. Usq̄ adeo filij noctis st̄: vt timeāt vi-  
deri q̄ opant: et q̄ publice opant mala: ideo  
publice opant: qz multi illa opant q̄ pauca  
opant i abscondito. Qui aut̄ talia publice  
opant: sūt quidē in luce solis: s̄ in tenebris  
cordis. Nemo ḡ in diluculo opat nisi qui i  
christo opat. H̄z q̄ oīosus memor ē christi  
in ip̄o meditaf i oīb⁹ actiōib⁹ suis: et est illi  
aditor i bono oge: ne p̄ infirmitatē suā de-  
ficiat. Si memorat⁹ sum tui sup stratum meū  
i diluculis meditabor i te: qz fac⁹ es adiu-  
tor me⁹. Et i velamēto pēnāq̄ tuāq̄  
exultabo: H̄lareco in bonis opib⁹: qz  
sup me est velamē pēnāq̄ tuāq̄. Si me non  
ptegas: qz pull⁹ sum: milu⁹ me rapiet. Bi-  
cūt em⁹ quādā loco ip̄e dñs de⁹ nī ad bierlm̄  
quādā ciuitatē illā vbi crucifix⁹ ē: Hierlm̄  
bierlm̄ inq̄t quotiēs volui filios tuos cōgre-  
gare tanq̄ gallina pullos suos et noluisti.  
Paruuli sum⁹ ḡ: pteget nos de⁹ sub vñ-  
braculo alay suay. Quid cū maiores facti  
fuerim⁹: Bonū ē nob vt et tūc pteget nos  
vt sub illo maiore sp nos pulli sim⁹. Sp em⁹  
ille maior est quātūciq̄ creuerim⁹. Nemo  
dicat: pteget me cū paruul⁹ sum: q̄si aliqui  
ad tantā magnitudinē possit quenire q̄ sibi  
sufficiat: sine ptectiōe dei nibil es: semp ab  
illo ptegi velim⁹. Tūc sp in illo magni esse  
poterim⁹: si sp sub illo paruuli sim⁹. Et i vela-  
mēto pēnāq̄ tuāq̄ exultabo. Agglutina-

## LXII.

ta ē aia mea post te. Vide desiderante:  
vide sūtientē: videte quō beret deo. Nascat  
i nobis affect⁹: si iā germinat cōpluat et cre-  
scat: queniat ad tale robur: vt et vos dicat̄  
ex toto corde: agglutinata ē aia mea p⁹ te.  
Tibi ē ip̄m gluten: Ip̄m gluten caritas est.  
Caritatē habe q̄ glutine agglutinet aia tua  
p⁹ deū: nō cū deo: sp⁹ deū: vt ille p̄cedat: tu  
seqrl. Qui. n. voluerit deū antecedē: p̄ silio  
suo vult viuere: et non vult seq̄ p̄cepta dei.  
ppterēa et Petr⁹ repulsus ē: qñ voluit cōsi-  
liū dare christo passuro pro nobis. Adhuc  
enī infirm⁹ erat Petr⁹: et quāta vtilitas eēt  
generi hūani i sanguine christi nō nouerat.  
Dñs aut̄ q̄ venerat redimē nos et dare pre-  
cium p nobis: sanguinē suūz cepit p̄dicare  
passiōne suā. Expauit Petr⁹ q̄si moriturū  
dñm quē volebat h̄ sp viuere: quō illuz vi-  
debat: quia carnalib⁹ oculis dedit⁹: carna-  
li affectu circa dñm tenebat: et ait illi: Absit  
a te dñe p̄petu⁹ esto tibi. Et dñs: Redi post  
me sathanas: non em̄ sapis q̄ dei sūt: s̄ que  
boim. Quare: q̄ sunt boim: Quia antece-  
dere me vis. Redi p⁹ me vt seqris me: Ut  
iā sequēs christuz diceret: Agglutinata est  
aia mea post te. P̄vento annectit. Nō su-  
scipit dextera tua. Agglutinata ē post  
te aia mea: me suscepit dextera tua. Dixit h̄  
christ⁹ i nobis: id est i homine quē gestabat  
p nobis: quē offerebat p nobis: dixit hoc:  
dicit hoc et ecclesia in christo: dicit i capite  
suo: qz et ip̄a passa ē hic p̄secutōes magnas  
et singillatim etiā mō patif. Quis em̄ perti-  
nēs ad christū: nō varijs tēptatiōib⁹ agitat:  
et quotidie agit cū illo diabol⁹ et angeli ei⁹  
vt puertaf q̄libet cupiditate: q̄libet sugge-  
stione: aut pmissiōe lucri: vel terrore dāni:  
vel pmissione vite: vel terrore mortis: aut  
alicuius potētis inimicitijs: aut alicuius  
potentis amicitijs: Omnid⁹ modis instat  
diabolus quēadmodum dejciat: et in p̄se-  
cutionib⁹ viuum⁹: et habem⁹ ppetuos inimi-  
cos: diabolū et angelos ei⁹: s̄ nō timeam⁹.  
Sic sūt diabol⁹ et angeli ei⁹ q̄si milui: Sub  
illi galline alis sum⁹: et nō nos pōt p̄tigere.  
Gallina em⁹ q̄ nos ptegit: fortis ē: infirma  
est ppter nos: s̄ fortis ē in se dñs nī Jesus  
christ⁹: ip̄a sapientia dei. Ergo dicit h̄ et ecclē-  
sia: Agglutinata ē aia mea post te: me susce-  
pit dextera tua. Ip̄i vō iuanū q̄sie-  
rūt aia meā. Quid mihi fecit: Quesie-  
rūt aia meā pđe. Ultinā querēt aia meā vt  
crederēt meū: s̄ q̄sierūt aia meā vt p̄derēt  
me. Quid facturi: Flō em̄ rapturi crāt glu-

# Psalms

ten q̄ adhesit aia mea post te. Quis. n. nos  
sepabit a caritate christi: Tribulatō: an an-  
gustia: an psecutio: an fames: an gladius:  
Dextera tua suscepit me. Ergo ppter illō  
gluten: t ppter potissimā dexterā tuā iuanū  
q̄sierūt aiaz meā. Quotq̄ psecuti sunt: vel  
pseq̄ cupiūt ecclā pōt de his hoc intelligi:  
maxie hoc tñ accipiam⁹ de iudeis: q̄ q̄sierūt  
aiaz christi pdere. Et in ipo capite n̄o qd  
crucifixerēt: t i disciplis ei⁹ q̄s postea psecu-  
ti s̄t. Quesierūt aiaz meā. Introibut i in-  
feriora terre. Terrā pdere noluerunt vt  
crucifigerēt christū: in inferiora terre ierūt.  
Que sunt inferiora terre? Terrene cupidī-  
tates. Adeli⁹ ē carne ambulare sup terrā q̄  
cupiditate ire sub fra. Dis em̄ qui ī salutē  
suā cupiūt terrena: sub terra est: qz terrā sibi  
p̄posuit: frā sup se posuit: t se sibi fecit. Illi  
q̄ timētes terrā pdere: quid dixerūt de dño  
Iesu christo cū viderēt multas turbas ire  
post illū: qz mirabilia faciebat: Si illū dimi-  
serim⁹ viuu: veniēt romani t tollēt nobis t  
locū t gentē. Timuerūt pdere frā: t ierunt  
sub terra: accidit eis t qd timuerūt. Nā iō  
voluerūt christū occidē: ne frā pderēt: t iō  
terrā pdiderūt: qz christū occiderūt. Occi-  
so em̄ christo: qz dixerat illis ipē dñs: aufe-  
ret a vobis regnū t tradet gēti faciēti iusti-  
ciā: secute s̄t illos magne calamitates pse-  
cutionū. Tlicerūt illos impatores romani  
t reges gentiū: exclusi s̄t de ipo loco rbi cru-  
cifixerūt christū: t nō loc⁹ ille plen⁹ ē chri-  
stianis: nullū iudeū bz: caruit inimicis chri-  
sti: implet⁹ ē laudatorib⁹ christi. Ecce pdi-  
derūt a romanis locū: qz christū occiderūt  
qz ppter ea occiderūt: ne locū a romanis p-  
derēt. Ergo introibut i ima tre. Tradent  
i man⁹ gladij: Reuera sic illis visibilē  
cōtingit: expugnatū sunt irruētib⁹ hostibus.  
Partes vulpiū erūt. Vulpes dicit re-  
ges seclū: qz tūc fuerūt qn̄ debellata ē iudea.  
Audite vt noueritis t intelligatis: qz ipos  
dic vulpes. Herodē regē ipē dñs vulpem  
appellauit: Ite inqt t dicite vulpi illi. Eli-  
dete t attēdite frēs mei: christū regē h̄ie no-  
luerūt: t ptes vulpiū facti s̄t. Qn̄ em̄ Spi-  
latus p̄ses i iudea legal⁹: occidit christū ex  
vocib⁹ iudeor⁹: dixerat ipis iudeis: Regē  
vīm crucifigā: Quia dicebat rex iudeorū:  
t ver⁹ rex ipē. Et illi repellētes christū: dire-  
rūt: Nos nō habem⁹ regē nisi cesarē. Rep-  
pulerūt agnū: elegerūt vulpē: merito ptes  
vulpiū facti s̄t. Rex vō iō ita positū ē: qa  
alli vulpē elegerūt: regē vō noluerūt. Rex

# LXIII.

vo: id est ver⁹ rex: cui titul⁹ inscript⁹ est: qf̄  
passus ē. Nā sp̄ilat⁹ h̄ic titul⁹ sup caput  
ei⁹ inscript⁹ posuit: rex iudeor⁹: hebrea lin-  
guā: greca: t latina: vt ois q̄ trāsirēt legerēt  
gloriā regis: t ignominia iudeor⁹ iudeor⁹: qui  
reūcītēs verū regē elegerūt vulpē cesarē.

**R**ex vō letabit i deo. Illi facti sunt  
ptes vulpiū. Rex vō letabit i deo. Quē si  
bi vīsi s̄t q̄sī supasse cū crucifigerēt: tūc cru-  
cifix⁹ fūdit p̄cū quo emit orbē terraz. Rex  
vō letabit i deo. **L**audabit ois q̄ iur- Alia lī.  
rat i ipo. **Q**ware laudabit ois q̄ iurat iu Laudabit  
oēs qui iurā in eo.  
ipo: Quia sibi elegit christū: non vulpē: qz  
qn̄ illi iudei insultaucrūt: tūc dedit ille vñ  
redimeremur. Ad ipm ḡ p̄tinem⁹: q̄ nos re-  
demit: qz p̄ nobis mundū vicit: nō armato  
militē: b̄ irrisa cruce. Rex vō letabit i deo:  
laudabit ois q̄ iurat i ipo. Qui iurat in eo:  
Qui pollicet ei vitā suā: q̄ vouet illi t red-  
det: q̄ sit christian⁹: hoc ē qd ait: Laudabit Alia lī.  
ois q̄ iurat in ipo. **Q**n̄ oppilatū ē os t q̄ obstruā.  
loquētū inīq. Quāta iniqua locuti sūt  
iudei: quāta mala dixerūt: nō solū iudei: s̄  
t oēs qz ppter idola christianos psecuti sūt.  
Qn̄ seuebāt i christianos: putabāt q̄ pos-  
sent finire xpianos: cū putāt q̄ possent fini-  
re: christiani creuerūt: t ipi finiti sūt. Oppi-  
latū est os loquētū inīq. Nemo audet mō  
publice loqui contra christum: iam omnes  
timent christum. **Q**n̄ oppilatum est os lo-  
quētū inīq. Qn̄ i infirmitate agn̄ erat: enā  
vulpes audebat ī agn̄. Elicit leo de tribu  
iuda: t siluerūt vulpes. **Q**n̄ oppilatū ē os  
loquētū inīq. **E**xplīt Trac. de p̄s. LXII

**I**ncipit Trac. de p̄s. LXIII. **P**refatio.  
**D**iffidōis sanctor̄ martȳ diē bodie  
festum habētes: in eoz recordatiōe  
gaudeam⁹: recoletētes qd patiebāt:  
t intelligētes qd intuebāt. Nūquid enum-  
tantas tribulatiōes carne tolerarēt: nū ma-  
gnā quietē mēte cōciperēt. H̄ic itaq̄ psal-  
mū p̄ ipa solēnitate currāt. H̄esterno em̄  
die mltā auduit caritas vīa: nec hodie tñ  
huic festiuitati negare potuim⁹ nostrā seru-  
tutē. Itaq̄ qn̄ maxie dñi passio p̄mēdat i  
hoc psalmo: nec potuerūt esse fortis mar-  
tyres: nū intuerenf eū qui p̄m⁹ passus est:  
nec talia sustinerēt in passionē q̄lia ille: nū  
talia sparēt i resurrectiōe: q̄lia ipē de se de-  
mōstrauit. Mōvit aut̄ sanctitas vīa caput  
n̄m̄ esse dñm n̄m̄ Iesū christū: om̄esq; illi  
coherētes mēbra esse illi⁹ capitīs: eiusq; vo-  
cē iā hētis notissimā: qn̄ nō ex solo capite:  
benā ex corpe loquit̄. Vocesq; eius nō tñ